



Sammelband
quinto

1161.

+

7. 10.) 72. de crimine laesa Majestatis
11.) 72. de damnable extra matrimonium cohabitatione
12.) 72. de code hominis
13.) 72. de incendio vi publica et crimine falsi
14.) 72. de crimine repetundarum 77.
15.) 72. de iudicio criminali
16.) 72. de assessoribus iudicii Co.
17.) 72. de procuratoribus et advocatis Jud. Crim.

Josephus Maria

ANNUENTE JEHOVA!

DISSERTATIONEM JURIDICAM

De

CONDICTIONE

CAUSA DATA

CAUSA NON SECUTA,

MAGNIFICO ICTORUM ORDINIS
consensu

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI atq; CONSULTISSIMI

DN. GODOFREDI STRAUSSII,

Phil. & J. U. Doctoris: Curia Electoralis quæ hic loci est,

Advocati Ordinarii meritissimi:

Fautoris atq; Promotoris sui debitâ observan-
tiâ prosequendi

Publicæ disquisitioni exponit


AUGUSTUS HENRICUS Döring /

Eqv. Misn.

A. & R.

Ad Diem XX. Octobr.

IN AUDITORIO ICTORUM.



WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS MEYERI, Ao 1670.



(Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page)





Q. D. B. V.



Moralitatis refertissimam Romanam esse Jurisprudentiam, fixa quibusdam Dd. hæret opinio; à tramite quidem veri parùm aliena. Cùm enim principiis, à naturâ nobis instillatis, superstructa sit ars ista boni & æqui: [a] quæ alia ejus poterat esse professio, quàm quòd ad æquitatem naturalem, tanquam Lydium aliquem lapidem, potissima sui Objecti capita revocaret? (b) Erat quippe hæc illa Cynosura, ad quam, uti in omnibus, ita potissimum in Jure, flectendam esse mentem jam olim injunxit Iustus Paulus: (c) & ad cujus ductum judicem suum informavit Ulpianus. [d] Et quid, quæso, ex relativis istis duobus præceptis, in d. §. 3. Inst. propositis, non deducit Romana ista Legislatio? Sive enim circa dominiorum Jus disponat: sive Conventionibus vim suam adhibeat: aut aliud quodcunqve agat; tota certè in eò est, ut, neutrà parte læsâ, unicuiqve suum attribuat. Quinimò omnem æquitatis sinum excutere viderur, quando neminem cum alterius detrimento locupletiolem fieri permittit. (e) Et hujus qv. principii ductu tam varia & fermè innumera æquioris Juris remedia reperire licet, quibus, vel ipsâ reluctante stricti Juris ratione, lucrum ex re suâ perceptum quilibet alteri extorquere possit. Unica saltem Condictio materia sufficienti ejus rei argumento esse poterat. Ex quarum ceusu cùm ultimò locò reputanda haut veniat **CONDICTIO CAUSA DATA, CAUSA NON SECUTA**; de eâdem in præsens verba facere pro ingenii viribus animo propositum est. Quod ut eò feliciorum consequatur progressum, divini Numinis auxiliantem manum supplicans exoro!

(a) arg. §. 3.

Inst. d. 7. §. 7.

l. 10. §. 1. ff. eod.

(b) conf. Ludw.

ad §. 3. Inst. d.

justit. & jur.

(c) l. 90. ff. de

Reg. Jur.

(d) in l. 4. inf.

ff. de eò quod

cert. loc.

(e) l. 206. de

Reg. Jur.

(f) l. 7. in fin. ff. d. supell. leg. arg. l. 15. §. 4. ff. Locat. (g) arg. l. 1. d. reb. Cred. (h) Confer Kremberg ad Rubr. Inst. d. Action. (i) §. 15. Inst. de Act. conf. Fest 9 in hęc voce. (k) in l. 66. ff. d. contrab. Emt. (l) d. §. 15. Inst. d. Action. (m) l. 3. pr. ff. qui satis d. cog. Conf. Theoph. ad d. §. 15. Coras. in Misc. J. Civ. lib. 4. c. 7. num. 4. (n) Conf. Vinn ad §. 15. Just. d. Act. num. 2. (o) ad rubr. tit. ff. d. reb. cred. n. 13. (p) Vid. Coras. cit. loc. n. 3. (q) Conf. Hahn ad Wes. h. t. n. 1. (r) per l. Si quis 6. C. Theod. d. Denunc. l. Edict. rescript. Vid. Vinn. cit. loc. n. 3. (s) d. §. 15. l. 25. pr. ff. de O. & A. Vinn. ad d. §. 15. n. 2. (t) arg. l. 12. in f. ff. Usufr. qv emad. cav. Conf. Str. Synt. J. Civ. Ex. 16. th. 30. & Ex. 18. th. 2. Bach. ad pr. Inst. de Obl. qvæ re contr. n. 4. (u) Str. cit. loc. (w) Conf. Calv. in Lex. Jurid. sub hęc voce. [x] Zæf. ad h. t. n. 1. (y) Conf. Frantzke in Comm. ad ff. h. t. n. 3. (z) l. 1. pr. ff. h. t. (a) l. 65. §. 2. ff. d. Cond. indeb. (b) Conf. l. 1. pr. d. Cond. ob turp. caus. l. f. eod. l. 53. d. Cond. indeb. (c) Conf. Don. in Com. J. C. lib. 14. c. 10. & 20. (d) arg. ad. text. Gothofr. ad d. Rubr. ff. Per. ad Cod. h. t.

POrior quidem rerum; [f] prior tamen verborum [g] habenda ratio. Jctorum igitur vestigiis quoniam insistendum nobis est, presentis materiae Notationem intactam penitus haud poterimus relinquere, (h) praesertim cum primâ fronte eadem subobscura paululum videbatur. Et Conditionem quidem Imp. Justinianus ipse Denunciationem interpretatur (i): mutuam significari ex Etymô colligo, ex Jcti Pomponii verbis (k) certè arguo. Veteris hęc Jurisprudentiæ Romanæ repetenda memoria, praesertim cum prisca lingua vocabuli usum introduxerit. (l) Moris scil. olim solennis erat, ut litigantes sibi invicem diem committendi judicii denunciarent. (m) Hinc uti initium illud utriqve judicio commune: (n) ita ex eò deductum nomen non solum in Personales, uti quidem vult Alciatus, [o] & communiter Interpretes; (p) sed Reales quoqve Actiones derivatum fuit (q). More istô sublatô, (r) & Reali Judiciô speciali Vindicationis nomine notatô, Personale, non sine abusu, Generis nomen retinuit. (s) Neqve id perpetuum: cum Condictio sæpè specialem Actionum personalium classem denominet, eam scil. quâ non dominus adversus dominum ad rem tradendam agit. (t) Et hęc quò magis abusiva, eò frequentior Juris significatio est; presentî etiam materiae congrua. [u]

§. 2 Vocabuli Cause & varia, & satis diffusa in Jure acceptio est. (w). In praesens nobis rem dicit, cujus intuitu aliquid datur (x). Sub quâ notione sponte suâ in praeteritam & futuram diffluit (y). Hanc per rem, (z) illam per causam (a), distinctè Jcti efferunt: (b) reipsâ magis, quàm verbis accurati (c). Et hinc quæ in rubr. hujus tituli tam ff. quam Cod. Causa dicitur, secundum apices veræ istius Philosophiæ Res potius dici debebat (d). Futuram enim

enim, non præteritam præsens nostra Condictio respicit Causam
(e), eamq; honestam & licitam (f). Eadem tamen sæpè etiam
per Legem (g) & conditionem (h) non sine nota cuiusdam improprie-
tatis exprimitur (i). In ultimis voluntatibus certè Modus cum il-
là concurrir (k).

§. 3. Siccò pede illud omninò non prætereundum, quòd
Condictio hæc in Codice Conditio ob causam datorum dicatur (l).
Repetit enim illa, quod ob causam in alium translaturum est: sive
naturaliter per rei traditionem (m): sive Civiliter per promissio-
nem Obligatoriam (n), aut acceptilationem (o), id factum fuerit:
cum & hæc in Jure nostrò pro datis habeantur (p). Mutant hinc
nonnulli inscriptionem hujus tituli in ff; Ablativum vocabuli
datà in Genitivum transformantes (q). Sed eò ipsò rem totam
mutant, & ex usu Latinorum potiùs aliud omne dicunt, quàm
quod huic materiæ conveniat (r). Causà enim datum quis salvà
Latinitate ob causam futuram datum interpretetur? Spuria certè hæc
Ablativi significatio videtur: imò verò potiùs ex causà præteritâ,
vel mei, tui, aut alterius causà datum ista loquendi formula exhibe-
bit. Nobis nec necessaria, nec utilis illa videtur Mutatio; præ-
sertim cum omnis Correctio in Jure periculosa sit. Objectum
quod illi desiderant, desiderandum adeò non erat, cum nec in pro-
ximè sequenti Tit. ff. desideretur (s). Nec abhorret nostra Inscr-
ptio à stylò Jurisprudentiæ Romanæ (t): maximè autem per ha-
ctenus dicta abhorret correctâ. Retinendam igitur omninò prio-
rem illam censemus: præsertim cum eandem fides receptæ le-
ctionis comprobet (u).

§. 4. Verùm ne relictò rerum nucleò circa verborum cor-
ticem plus justò laboremus: Condiçtionis nostræ natura inti-
miùs paulò consideranda nunc erit. Accuratâ quâdam subtilitate,
& meò quidem judicio, omnium optinè eandem delineat subti-
lissimus Frantzkius (w) describendò, quod sit ACTIO PERSONALIS,
QVA QVIS ID, QVOD OB REM HONESTAM DEDIT VEL FECIT, RE NON

A 3

SECUTA

Don. lib. 14. c. 30. §. 3. Lauterb. ad h. t. §. 1. n. 3. (p) arg. l. 24. ff. d. acqv. l. omitt. hered. l. 115. ff.
d. Reg. Jur. conf. Fr. h. t. n. 9. (q) conf. Wiss. Diss. 25. ad ff. th. 1. n. 1. ibiq; citari. (r) Vid. Don.
C. J. C. l. 14. c. 20. circ. fin. (s) Vid. Rubr. ff. d. Cona ob turp. caus. (t) arg. l. 5. Cod. Simancip.
ita fuer. alien. (u) Conf. fustus hanc in rem supr. cit. Donell. (w) in Comm. ad ff. h. t. n. 6.

(e) Coll. Arget.
h. t. n. 4.

(f) l. 1. pr. h. t.

l. 1. §. 1. ff. d.

Cond. ob turp.

caus. Frantzki.

cit. loc.

[g] l. 5. Cod. de

Cond. ob caus.

dat.

[h] l. 7. C. eod.

(i) Conf. Lau-

terb. in Tract.

Synopt. ad h. t.

num. 3.

[k] l. 17. §. 4. ff.

de Condit. &

demonstr. Do-

nell. C. J. C. l.

14. c. 20. Laut.

cit. loc.

(l) Conf. Rubr.

Cod. d. Cond.

ob caus. dat.

(m) l. 1. pr. &

§. 1. l. 3. ff. h. t.

(n) l. 4. C. d.

Cond. ob caus.

dat.

(o) l. 4. l. 10. ff.

h. t. conf. Dua-

ren. ad h. l. c. 3.

SECUTA REPETIT. Personalem nostram esse Actionem quis du-
bitet, præsertim cum Realis dici nequeat? (x) Nec enim domi-
nium, quippe quod in alium translatum (y); sed Obligatio, com-
munis illa Actionum personalium mater, (z) præsentem proge-
nerat CondiCTIONEM (a). Et hinc neutiquam vagabunda, nec
cum re transitoria eadem est; sed semper adversus eum, qui ob
legem donationis non impletam obligatus est ad datum reddendum,
locum habet (b). Personam quippe non propter rem, sed potius
propter seipsam, quia se obligavit, afficit (c). Definitum itaque
ei denegandum haud erit, cui Definitio (d) ita partibus omnibus
competit. Et præterea Actio in personam non potest non dici,
quæ CondiCTIONE appellatur (e). Conceptum contrahentem
constituit ipsa repetitio ejus, quod ob rem honestam datum factum
vè est, si res illa secuta non fuerit.

§. 5. Divisionis nuncratio habenda foret, modò eadem à
JCTIS haberetur. Jam verò cum propriam Divisionem nec natura
nostræ CondiCTIONIS desideret, nec ulla ratio svadeat: temere
eadem à nobis introducenda non erat. Frustrà tamen omninò
non erimus, si Generis Distinctionem præsentis Speciei accom-
modaverimus (f): non quasi Genus ipsum hæc ratione in judi-
cium seorsim deducturi, quippe quod tanquam intellectuale
quoddam, & in Abstractò consistens in civile commercium veni-
re haud potest (g); sed saltem Generis naturam in Specie hæc,
per medium concludendi ritè formatà, residentem ostensuri. Erit
igitur optimò jure nostra quoque CondiCTIONE vel certi vel incerti (h).
Non enim illud tantum, quod statim ex suâ naturâ & pronuncia-
tione hominis apparet, quid, quale, quantumque sit; sed etiam ea,
in quibus superiorum unum deficit, & per hoc ipsum incerta red-
duntur, ambitu suo amplissimò complectitur (i). Sive igitur
certa pecuniæ quantitas ob causam data fuerit: sive quid in eun-
dem finem promissum: utroque casu CondiCTIONI locus erit (k);
ita tamen, ut pro diversitate Objecti Actionis quoque varietur de-
dici sine caus. nominatio: & illa quidem, quantiratem puta per certi (l); hoc
verò,

(x) arg. l. 25. pr. d. O. & A. conf. Don. lib. 14. Comm. c. 16. pr.
(y) l. 10. ff. h. t. l. 3. C. eod. l. 267. pr. de Reg. Jur. §. 14. Inst. d. Act. (z) Vid. Schneidw. ad §. 1. Inst. d. Act. n. 110. in fin.
(a) l. f. ff. h. tit. arg. l. 15. eod. junct. §. 14. Inst. de Act.
(b) l. 3. §. 5. l. 4. ff. h. tit.
(c) arg. l. 5. §. 2. ff. h. conf. Str. Ex. 18. th. 17.
(d) §. 1. Inst. d. Act. l. 25. in fin. pr. ff. d. O. & A.
(e) d. l. 25. pr. d. O. & A. con. Fr. in Comm. h. t. n. 7. (f) Conf. Frantzk. ad tit. ff. d. Con- dict. sine caus. num. fin.
(g) Fr. ad tit. ff. d. reb. cred. n. 34. (h) arg. l. 9. d. reb. cred. conf. Hahn ad Wes. h. t. num. 3.
(i) Conf. l. 74. & seq. d. U. O. & Fr. ad tit. ff. d. reb. cred. n. 27. seqq. (k) l. 1. §. 1. ff. h. l. 4. C. eod. (l) arg. l. 9. pr. & §. 4. seqq. ff. d. reb. cred. l. 12. d. Novat. & delegat. in fin.

vero, promissum intellige, per incerti Conditionem (m) repen- (m) arg. l. 3. d. tendum veniat (n). Cond. sine

§. 6. Hæc itaq; modò delineatâ Actione Jurisprudencia Romana stricti Juris rigori ex bonò & æqvò non leve tempera- caus. d. l. 12. ff. d. Novat. & mentum adhibuit (o). Cùm enim accidere poterat, (p) ut ob de- deleg. l. 46. in defectum Actionis præscriptis verbis obligatus (q) cum maximò de- f. ff. d. Jur. trimentò illius qui nullâ ratione obligatus erat (r), in lucrò es- dor. set (s): iniquum illud lucrum ei extorquendum esse (t), naturali (n) Conf. Coll. æqvitatis ratione permota, ceusit ista Legialatio. Quinimò ex Arg. h. t. th. 10. illò Juris Naturalis principiò eò progressi fuerunt Jcti, ut & hanc Bacch. ad Tr. Conditionem Actioni præscriptis verbis quasi ad latus adjunxe- V. 1. D. 22. th. rint, relicta Actori facultate, etiam re adhuc integrâ intentandi 1. lit. f. quamcunqve velit (u). Cui enim permittebatur agere non tan- [o] l. 65. § 4. tum ad id, quod promissum, sed etiam id, quod ullâ ratione in- ff. d. Cond. in- teresse poterat, præstandum (vv): ei simplicem rei suæ repetitio- deb. l. 3. §. 7. ff. nem denegandam haud esse æqvitas svadebat: cùm hîc de damnò h. t. Conf. Pro- saltem vitandò; illic etiam de lucrò captandò tractetur (x). oem.

§. 7. Pronò ex his cursu fluit, prima cunabula Condi- (p) arg. l. 5. §. 1. inf. ff. d. P. tiæ hujus Actionis Jus Gentium sibi vindicare (y). Nec gloriam v. hancce ipsa Romana Nomothesia eidem invidet (z). Eò ipsò e- (q) l. 1. § 2. ff. d. nim quò & Contractûs, & inde descendentes Obligationes Juri rer. perm. l. 7. Gentium transcribit (a): natarum ex hisce Actionum originem §. 1. d. pact. ambabus quoq; manibus eidem largitur (b). Et hinc calculum (r) Conf. Wes. haud meretur Jasonis (c) sententia: qui uti ad unum omnes Actio- ad tit. ff. d. P. nes, ita etiam per infallibilem Consequentiam hanc nostram, non V. no. 4. Gentium sed Civili Juri naturalia debere constanter asseverat. Ut (s) l. 5. inf. ff. enim cætera taceam, illud Achilleum asseriti sui argumentum esse h. t. arg. l. 9. c. putat, quòd Obligatio efficax ad producendam Actionem non sit d. pign. act. ex Jure Gentium, sed demum ex Jure Civili: adeoq; nec ipsa pro- (t) arg. l. 5. pr. ducta Actio, nisi quis causatum ante causam existisse absurdè sa- ff. d. Calumn. tis statuere satagat. Verùm Achilleum hoc minimè est. For- l. 1. pr. ff. d. matam enim à Jure Civili Actionem, qualem Obligatio ista ci- vilis priv. delict.

(u) d. l. 5. §. 1. 2. ff. d. P. V. l. 8. Cod. h. t. l. 3. §. 2, 3. ff. eod. Laut. ad h. t. in Tabell. no. 4 to subjeet. (vv) d. l. 5. §. 1. d. P. V. Str. Exerc. 25. th. 22. (x) Conf. Fr. ad tit. ff. d. P. V. no. 11. 12. (y) Coll. Arg. h. t. no. 2. (z) arg. l. 3. §. 7. ff. h. t. l. 65. §. 4. l. 47. ff. d. Cond. indeb. l. 25. ff. de act. rer. amot. (a) §. 2. inf. Just. d. J. N. G. & C. l. 5. inf. ff. d. J. & J. (b) arg. l. 7. c. d. R. & Conf. Kremb. ad rubr. Just. d. Act. n. 29. (c) ad pr. Just. d. Act. no. 39. seqq.

vilis progenerat, nec nos Juri Gentium transcribimus; Obligationi tñ. Naturali nec naturalem efficaciam abjudicabit Jason: nisi simul positā causā causatum poni inficietur (d). Causam itaq; nostræ Conditionis productricem tam ratione materię, quàm radis & generalis formæ, obstinatō animō Jus Gentium asserimus. Ex cujus gremiō acceptam illam multō politiozem postmodum reddidit Jus Civile (e).

§. 8. Cæterum cum Civile Jus in præsentī Cause remotæ saltem vices sustineat: proximiores hujus Conditionis fontes sedulo nobis nunc inquirendi veniunt. Obligationis fœtum eandem esse J. C. Celsus in l. fin. ff. h. t. statuit: statuimus nos cum illō, præsertim cum, quod Obligationi sufficit (f), negotium hîc subfit (g). Verumenimv. quoniam Obligatio Abstractivè talis, & à circumstantiis individuantiis præcisa modo descriptæ Conditionis causa esse haud potest (h); Concretè eadem, & cum reflexione ad sua principia consideranda erit. Hanc aurem uti nullibi aliter hæctenus, quàm quidem in quasi Contractu offendere licet: ita ex eodem quoq; oriundam Obligationem ad Conditionis causā datā causā non securā productionem proximius concurrere obstinatum manet. Nam si totum negotium, quod quidem hîc in parte intercedit, accuratius paulò excutiamus; Conventionem quidem reperimus: quippe quam reperire præsuppositā Obligatione omnino necessum erat (i): sed non nisi fictam & Juris auctoritate præsumtam. Limites siquidem veræ Conventionis in negotiō ob causam dari eò non porriguntur, ut simul includant Obligationem ad rem datam reddendam; quod eleganter exprimit J. C. Celsus in l. 5. §. 1. ff. d. P. V. Intentio enim dantis est, ut id propter quod datur, impleatur: nec aliā mente accipiens datum recipit (k). Extra id igitur, quod expressè inter contrahentes actum fuit, & per hoc ex quasi Contractu (l) præsentem nasci Obligationem firmiter hæctenus concludimus. Ut hinc ad ductum Impp. in l. 3. C. h. t. accuratè hîc duo distingvat facta communis Dd. Scholæ: unum quod expressè agitur, ut sc. causa sequatur: alterum quod agi ex ipsō factō præsumitur; ut eā non securā res restituatur (m). Et exinde non poterat non sequi, Obligationem hanc interdum etiam

quæ q̄. ex Contr. or. (m) Conf. Frantz. h. t. num. 7. ibiq; cit. Bachev.

(d) Conf. fuse
Bach. ad S. 3.
Just. d. Act. &
ad Tr. Vol. 2.
D. 26. th. 1. lit.

a.
(e) Conf. l. 8. C.
h. t. C. A. h. t.
no. 2.

(f) l. 7. §. 1. ff.
d. pact.

(g) l. 35. §. 3. d.
mort. caus. do-
nat. Conf. Al-
ciat. ad l. 9. ff.
d. reb. cred.
no. 12.

(h) cōf. Magn.
D. Ziegl. Pa-
tronus meo de-
venerandus, in
publicis

Prælect. ad c.
3. X. de Libell.
obl. Notab. 2.

(i) l. 1. §. 3. ff. de
pact.

[k] cōf. Hahn.
ad Wes. tit. de
P. V. no. 2.

[l] arg. l. 13.
in fin. ff. Com-
mod. junct. §.

6. Just. d. Obl.

quæ q̄. ex Contr. or.

vilis progenerat, nec nos Juri Gentium transcribimus; Obligationi tñ. Naturali nec naturalem efficaciam abjudicabit Jason: nisi simul positā causā causatum poni inficietur (d). Causam itaq; nostræ Conditionis productricem tam ratione materię, quàm radis & generalis formæ, obstinatō animō Jus Gentium asserimus. Ex cujus gremiō acceptam illam multō politiozem postmodum reddidit Jus Civile (e).

§. 8. Cæterum cum Civile Jus in præsentī Cause remotæ saltem vices sustineat: proximiores hujus Conditionis fontes sedulo nobis nunc inquirendi veniunt. Obligationis fœtum eandem esse J. C. Celsus in l. fin. ff. h. t. statuit: statuimus nos cum illō, præsertim cum, quod Obligationi sufficit (f), negotium hîc subfit (g). Verumenimv. quoniam Obligatio Abstractivè talis, & à circumstantiis individuantiis præcisa modo descriptæ Conditionis causa esse haud potest (h); Concretè eadem, & cum reflexione ad sua principia consideranda erit. Hanc aurem uti nullibi aliter hæctenus, quàm quidem in quasi Contractu offendere licet: ita ex eodem quoq; oriundam Obligationem ad Conditionis causā datā causā non securā productionem proximius concurrere obstinatum manet. Nam si totum negotium, quod quidem hîc in parte intercedit, accuratius paulò excutiamus; Conventionem quidem reperimus: quippe quam reperire præsuppositā Obligatione omnino necessum erat (i): sed non nisi fictam & Juris auctoritate præsumtam. Limites siquidem veræ Conventionis in negotiō ob causam dari eò non porriguntur, ut simul includant Obligationem ad rem datam reddendam; quod eleganter exprimit J. C. Celsus in l. 5. §. 1. ff. d. P. V. Intentio enim dantis est, ut id propter quod datur, impleatur: nec aliā mente accipiens datum recipit (k). Extra id igitur, quod expressè inter contrahentes actum fuit, & per hoc ex quasi Contractu (l) præsentem nasci Obligationem firmiter hæctenus concludimus. Ut hinc ad ductum Impp. in l. 3. C. h. t. accuratè hîc duo distingvat facta communis Dd. Scholæ: unum quod expressè agitur, ut sc. causa sequatur: alterum quod agi ex ipsō factō præsumitur; ut eā non securā res restituatur (m). Et exinde non poterat non sequi, Obligationem hanc interdum etiam

quæ q̄. ex Contr. or. (m) Conf. Frantz. h. t. num. 7. ibiq; cit. Bachev.

etiam in invitos cadere: cuius rei arg. infervit l. 5. §. 1. ff. h. r. quod
ejus, quæ ex cons. Contractu nascitur Obligatio, notam esse ad o-
culum demonstrat Vinnius (n). Et quid circa rem manifestam
amplius laborandum, cum eam Obligationem, quæ neq; ex Con-
tractu verò, neq; ex maleficio ortum trahit, quasi Contractui transcri-
bat ipse Imperator (o).

§. 9. Et hoc quidem argumentum, utut extra dubitationis
aleam positum videbatur; nimium quantum tamen jam olim à
Jctis agitatum fuit. Ipse Hugo Donellus (p) hoc nostrum Ob-
ligationis genus ex vero Contractu proficisci haud veretur asserere.
Contractus n. cum per Conventionem definiatur, vi reciprocationis
Definitionis cum Definitio (q) omninò inferre licere, ut quicquid
ex Conventionem natum prædicari possit, in classem verorum Con-
tractuum rejiciendum veniat. Obligationem verò nostram à Con-
ventionem alienam non esse, quippe cuius vinculum per numerationem
constitutum constanter asseveretur. Si quidem ex posteriore
omninò concludendum, statim ab initio id actum fuisse, ut
accipiens obligetur (r): quam Conventionis notam in Jure tra-
latitiam esse per l. 3. ff. d. reb. cred. Nec levius argumentum
suppeditare Ulpianum in l. 6. ff. h. r. qui Actionem ad repeten-
dam dotem non secutis nuptiis transcribit extraneo qui dederat pro
muliere, licet vel maximè de hoc casu sibi non prospexerit: cum
tn. idem Jctus in l. 22. pr. ff. Solut. matrim: eidem, in quem ca-
sum non pepigit, repetitionem deneger. Ex quo sanè arguen-
dum, ipsum Ulpianum, si Contradictionis notam effugere velit,
præsenti negotio Conventionem jam olim adjudicasse. Et hanc
sententiam ipsum propè disertis verbis expressisse in d. l. 6. quando
illum, qui dedit dotem, in casum non secutæ causæ prospexisse sibi,
adeoque vi verbi cavisse, & ex usu Juris utiliter convenisse, asserit.
Nec alienum Paulum in l. 35. §. 3. ff. de m. c. donat. qui ex nego-
tione, quod is, qui mortis causa donat, eâ parte quâ se cogitat,
gerit, Conditionem nostram oriri cum Cassianis statuit; eò ipso
juxta stylum Juridicum Conventionem tacite innuens per l. 15. in ff.
d. P. V.

§. 10. Verum cum hujus Conventionis in verborum conce-
ptione nullum penitus vestigium appareat, adeò, ut eidem tam
factum traditionis (s), quam causæ denominatio arg. l. 8. C. d. con-

B

(n) ad pr. Inst.
d. Obl. quæ
ex qf. contr-
or.

[o] pr. & tot.
tit. Inst. d. t.

(p) Comm.
Jur. Civ. l. 14.
c. 24.

(q) Conf. A-
rist. 1. Top. c. 7.
§. 2.

(r) arg. l. 19. ff.
d. reb. cred.

[s] §. 14. Inst.
de Act. iunct. l.
11. ff. d. R. J.

(e) *Cit. loc.*

trah. emt. junct. l. 6. §. 1. ff. eod. è diametrò fermè opponantur: & præterea Paulus etiam *in l. 65. §. 4. de Condict. indeb.* alium præsentis nostræ Obligationis fontem aperiat; in removendis hisce scopulis multum desudavit Donellus (t). Conventionem nec expressam, nec inclusam verbis subesse huic negotio concedit; tacitam tamen extra principalem ex contrahentium sententiâ colligit: cuiusquidem eandem vim, quam expressæ, cum JCrîs attribuentiam postulat *p. l. 4. ff. d. pact. l. 3. d. reb. cred.* Dati itaq; dominium transferri quidem in accipientem; sub quâdam tamen lege & conditione per *l. 3. l. 7. C. h. t.* ut hinc contrariô eventu contraria quoque conventio ex sensu communi intelligatur *arg. l. 40. §. 2. de condit. &*

(u) *Conf. & demonstr.* (u) Argumenti ab emtione *ex cit. l. 8. C. de contrah. emt. de Arnold. Vinn. Part. Jur. lib. 2. c. 26. §. pen.* ducti diversam decisionem ex ratione diversâ proficisci: cum in eâ & similibus Contractibus voluntas certa dictam conjecturam excludat, & Obligatio à parte dantis jam tum præ existens repetitionem impediatur. *Ex bono & æquo* denique esse hanc Obligationem facilis permittit eò, quòd benignitate interpretationis, verborum conceptui pene contrariæ; ex mente contrahentium colligatur ejus Conventio; nihilominus tamen adhuc eandem ex Conventione & Contractu oriundam constanti animò asserit: cum hæc pro contrariis habenda non veniant, (w). Et hinc quoque, cum non nisi ex rei interventu nasci illam animadvertat, *realibus Obligationibus* eandem subtexere haud veretur, autoritate magis

(vv) *Conf.*

Don. l. 14.

c. 17. circ. fin.

(x) *Id. l. 14.*

c. 24.

(y) *ad ff. h. t.*

no. 4.

(z) *Clasf. 6.*

Att. 4.

(a) *Conf. Wisf.*

D. 25 ad ff. t. h.

l. no. 1.

(b) *ad Wesf. tit.*

d. P. V. no. 2.

(c) *tr. 35. c. 1.*

no. 3.

§. II. Quoniam autem periculosum nimis erat Imperatorii Sacratissimo in os obloqui, præsertim cum hæc ratione ipsa Juris principia arietarentur: plurimi, quòd hanc Charybdim evitarent, meò quidè judicìo summam navarunt operam. Ideoq; sine omnì dubiò ex hæc ratione in castra Hotomanni (y) & Oldenturpii (z) transire satius duxerunt: verum quidem, sed innominatum Contractum pro Causâ nostræ Condictitiæ Actionis venerantes (a). Et ut eò certior sententiæ fides habeatur, ipsum Ulpianum *in l. 3. §. 4. ff. h. t.* eidem patrocinari satis probabiliter efferunt. Eundem quoq; errorem errat Hahnio (b) citatus Filliucius (c) qui ex Permutatione utramque Actionem, tam præscriptis verbis, quam Condictitiæ causâ non secutâ, originem trahere persuasum sibi habet. Nec destitutam hanc suam esse sententiam certis Juris

fun-

fundamentis gloriatur, dum pro illâ citat *l. 6. C. d. rer. perm.* pro hac vero militare existimat *l. 1. §. fin. ff. eod.* Et sanè quoad posteriorem locum, omnis difficultatis experta ista allegatio neutiquam erit. Etenim cum per ipsam rei traditionem, quæ natura est Contractuum innominatorum, ex negotio isto gestò orta jam fuerit Obligatio à parte accipientis: & tamen *in textu* nullam aliam, nisi Condiçitiam nostram Actionem competere danti adversus eundem affirmetur. primò intuitu omninò concludendum videbatur, eandem [nisi Obligationem hanc Civilè quidem; inefficacè tamen, absurdi satis statuere velimus] ex aliò fonte, quàm ex ipsò Permutationis Contractu derivari nullò modò posse.

§. 12. Ast verò, in quantum illi suis sibi blandiuntur opinionibus, in tantum mihi à tramite sanioris Jurisprudentiæ aberrare videntur. Donellus certè quò angustiores quasi Contractuum fines reddit, eò latiores verorum porrigit limites: adeò ut his quoque eas Obligationes includat, quibus nulla aliarum ex quasi contractu descendunt à naturâ Contractus alienior. (d) Principia igitur Juris quò vehementius turbat, eò acrius quoque nobis accessit negotium. Differentiam scilicet verorum & quasi Contractuum eam ponit, quam aliàs Jcti communiter inter factum Obligatorium & hand obligatorium constituunt (e) cum illos ex conventionem, hos verò sine eadem, ex nudò factò ortos passim arguat. (f) Verùm spuriam hanc esse ex supra disputatis nullò negotio colligere est, cum genuinam in hujus locum, ex Conventionis qualitate desumptam, rectè substituatur Bachovius (g) veros scilicet ex expressâ, quasi verò Contractus ex præsumtâ Conventionem deducendò (h) Quibus præsuppositis facilius erit adversariorū telorum exceptio. Nimirum per Conventionem, jure ad Obligationem comprobata, definit Contractum Donellus (i) definimus & nos; ille verò in strictiori, nos autem in latiori vocabuli Contractus significatu, quatenus scilicet & quasi Contractus complectitur. (k) Nec enim iis poterat abjudicari Conventio, quibus Obligatio (l) unanimi consensu adjudicatur. (m) Reciprocationem igitur Definitionis cum Definitò in sensu Donellianò admittere haud possumus. Veri enim Contractus essentiam quoniam Conceptus iste genericus absque formâ specificâ nondum exprimit: latior omninò Definitio ista erit, quàm Definitum, adeoque minimè converbilis: (n)

(d) Conf. Hellig

in Don. E-

nucl. lib. 14. c.

16. lit. b.

(e) arg. l. 19. pr.

ff. d. reb. cred.

(f) Conf.

Don. lib. 12.

c. 7. & lib. 15.

c. 14. pr.

(g) ad Tr. V. 1.

D. 22. th. 4.

lit. 6.

(h) Conf. Goed

ad l. 12. d.

V. S. n. 7.

(i) lib. 14. c. 22.

(k) arg. l. 23. ff.

d. R. J.

(l) Conf. Rubr.

Inst. d. Obl.

qua. ex qf.

Contr. or.

(m) l. 1. §. 3. ff.

d. pact. Conf.

Bach. ad pr.

Inst. d. d.

præsertim cum à Genere ad Speciem Affirmativa haud quaquam
(o) Porphy. c. 8. §. 7. concludat. (o) Quidquid igitur ex Conventione istâ ortum, uti
non statim ex verâ & expressâ prognatum dici potest: ita etiam
in verorum Contractuum districtum simpliciter trajiciendum
non est: cum verbi istius generalitas etiam fictam præsumtamq;
(p) d. l. 1. ff. d. pact. conf. Un- includat Conventionem. (p)

§. 13. Et hæc quidem cum ita sese habeant, ipse Donellus
adversandô, multum laboris hæc in parte nobis præripuisse vide-
tur: dum scilicet circa præsens negotium in Conventionis vesti-
gia tantô studiô inquirat. Eô ipsô enim, quô reperisse se consen-
sum pro certô habet, præsumtivum & à Jure fictum statuere eun-
dem oportet, qui verum & expressum evincere nequivam vale-
bat. Nec enim Julianus in d. l. 19. d. reb. cred. hoc in passu
ab illius partibus stat. siquidem ex verbis ejusdem, nostræ
accommodatis materiæ, dum à posteriori demum animum ob-
ligandi se ad reddendum colligit Donellus à parte accipientis; à
priori defecisse verum consensum tacitè permittit: idqve haud
malè; quoniam non animô distrahendi, sed contrahendi potius
verum & expressum tunc negotium utraqve pars convenit. Cæ-
terùm quod hæc ratione ab initiô ex verâ contrahentium volunta-
te actum minimè est, ex post factô per Juris fictionem actum esse
censetur: ita quidem, ut accipiens in effectu eadem ratione per
numerationem obligatus sit ad datum reddendum, quâ erat ad
promissum præstandum. Fictionem enim Juris tantum operari
in casu fictô, quantum veritatem in verô, vulgatum JCtis axioma
est. (q) Nec diversa sedet sententia Ulpiano in cit. l. 6. h. t. qui
Actionis nostræ fundamentum in Conventione quidem aliquali
collocat; quæ tamen pacti verbis, utpote in casûs nuptias secutos
directis, neqve expressa, neqve inclusa sit; sed probabiliter à Jure
præsumatur. Unde etiam est, quod contra eandem non, nisi evi-
dentissimas probationes admittat idem JCtus (r). Prospexisse
igitur sibi prædicatur ibidem extraneus; sed verisimiliter, non au-
tem verè. Et quid, quæso, JCtis aliud est Utiliter convenisse, quàm
Juris interpretatione convenisse? Ex negotiô demum gestô esse
Conditionem causâ datâ, causâ non secutâ asserit Paulus in l. 35.
§. 3. d. m. c. don. ex Conventione tamen verâ & expressâ minimè,
quippe

(q) Conf. Hill. cit. loc. Lit. G. Actionis nostræ fundamentum in Conventione quidem aliquali
collocat; quæ tamen pacti verbis, utpote in casûs nuptias secutos
directis, neqve expressa, neqve inclusa sit; sed probabiliter à Jure
præsumatur. Unde etiam est, quod contra eandem non, nisi evi-
dentissimas probationes admittat idem JCtus (r). Prospexisse

(r) d. l. 6. ff. h. junct. l. f. pr. ff. quod met. caus. conf. Go- thofr. ad d. l. 6. lit. F. Conditionem causâ datâ, causâ non secutâ asserit Paulus in l. 35.
§. 3. d. m. c. don. ex Conventione tamen verâ & expressâ minimè,
quippe

quippe quam ex donantis cogitationibus praesumptivè arguit. Nec dubitandum, quin negotium etiam in quasi Contractibus geratur: cum & hi species Contractus genericè sumti sint: cui semper negotium debet subesse (s).

§. 14. Eiusdem fermè farinae sunt, quibus ex ipsius negotii naturâ perfectos iuris excludere conatur ille. Tacita enim ista, & extra principalem ex contrahentium sententiâ collecta Conventio, quæ alia, quàm quasi Contractus nota per veriora Juris principia esse poterat? (t). Ipsò tamen *taciti* vocabulò adhuc non nihil difficultatis nobis propinare iste videbatur. Hujus enim cum expressò eundem valorem esse si obtinet Donellus, quod sanè obtinet Juris autoritate suffultus: ipsius tandem sententiæ nobis vel invitis subscribendum erit. Caterùm salva est JCoorum hòc in passu autoritas; salva quoque & nostra sententiæ: ambiguitas vocabuli modò detrahatur. Conventionem certè tacitam, *expressæ & verbis declaratæ oppositam*, pro cautò omninò habendam esse censemus: quippe in quâ consensum ab utrâq; parte (u) vel ex ipsius negotii naturâ (w), vel tamen ex contrahentium mente, per factum aliquod declaratâ, expressæ vero haud contrariâ (x) colligere liceat. *Apertæ verò oppositæ* Legis sive præsumptione sive fictione expressæ sapius contraria constituitur: tantum abest ut in eundem effectum cum hâc conspirare queat. Merè etenim collectiva eadem est, & verâ prorsus aliena, extra eandem sc. Juris interpretatione concepta, ita ut Vinnii (y) iudiciò non nisi abutivè *tacita* appellari possit (z). Nec enim tacitus animus, expresso contrarius, qualem pro fundamentò hujus Conventionis Lex præsumtivè collocat, in idem tempus in eundem concurrere potest. (a).

§. 15. Hanc itaq; cum supponamus nostro negotio Conventionem, Donelli assertum meritò de eadem negamus, utur de priori lubenter concedamus. Adeò n. hîc deficit tacitus animus sese obligandi, ut sapièssimè invito, quod supra monuimus, eundem Juris præsumptio affingat. Et ex hinc Leges citatæ obstaculo nobis minimè erunt, cum *l. 3. d. reb. cred.* de Conventione tacitâ propriè sic dictâ exaudienda veniat. Collectaneum v. Donelli *ex l. 4. pr. ff. de pact.* & nos ex eadem colligimus: tacitas etiam Conventiones validas esse ad Obligationem & Actionem producendam;

(s) arg. l. 7. §. 2.
& 4. ff. d. pact.
conf. Bach. ad
Tr. vol. 1. D. 22.
th. 4. Lit. B.
(t) conf. Hillig.
loc. cit. Lit. C.
ibiq; citati.

(u) conf. l. 2. d.
pact.

(w) arg. l. 3. ff.
d. reb. cred.

Hillig. cit. loc.
Lit. E.

(x) d. l. 2. d.
pact. l. 4. ff. pro

loc. ibiq; Go-
thofr.

(y) ad pr. Inst.
d. O. quæ ex

quasi contr. or.
(z) conf. Bach.

ad Inst. eod.
(a) Hill. loc. cit.

Lit. B.

(b) l. ult. C. in
qvib. caus.
pign. l. hypoth.
l. 4. pr. ff. eod.
(c) l. 5. C. d. loc.
& cond. conf.
Vinn. Tract. d.
pact. c. 12. pr.

(d) l. 38. S. 1. d.
acqv. poss.

(e) S. 4. Inst. d.
V. O.

(f) conf. l. f. in
f. ff. Usufr. qvæ:
cav. Bach. ad
Tr. V. 1. D. 22.

th. 1. Lit. C.
(g) arg. ipsius
l. 7. Cod. h.

(h) tot. tit.
Inst. d. O.
qvæ. ex qf.
Contr. or. l.
46. ff. d. O. &
A. Bach. ad
Inst. d. t.

(i) Conf. Hill.
cit. loc. lit. c.

(k) Ex. Just.
19. th. 9.

cendam; imò & præsumtas: quoniam invec̄ta & illata in ur-
banas habitationes, de quibus ibidem agitur, non nisi præsumtivâ
Conventione Locatori obligata sunt pignori (b), præsertim cum
nec scientia, & hinc multò minus consensus domini requiratur (c).
Verum autem exinde Contractum statim arguere velle nemo, nisi
infantissimus in Jure poterat. Quæ ad domini translationem
regerit Donellus. ut eò facilius Conventionem suam elicere pos-
sit, plus speciei quàm veritatis habent. Adjectam n. causam con-
ditionem qv. appellari in Jure, in confessò est; improprietas ta-
men vocabuli hoc in casu supra jam à nobis notata fuit. Con-
ditio sc. cum domini translationem impediatur, usquedum exi-
stat (d), nihilq; nisi spem inducat (e): eò ipsò ab adjectâ causâ to-
tò cœlò aberrat. Hæc n. si obstaculo foret, quò minus trans-
feratur dominium: quid causâ non securâ opus esset Conditionis
ambage [f]? In l. igitur 7. Cod. h. Imperatoribus causa condi-
tionis nomine ratione Effectus saltem efferri videtur, cum æqvè illâ
atq; hæc non securâ omne negotium resolvi qveat [g]. Nec id
operatur contraria Conventio ex eventu contrariò deducta. ut da-
tum non videatur; sed potius ut repetitio verè dati competat. Ex
bonò & æqvò esse quid, & simul ex Conventione atq; Contractu
oriri, neq; nos pro contrariis reputamus: præsertim cum pro cer-
tò habeamus, veros contractus, Juris Gentium potissimùm, eximiâ
æqvitate fundatos esse: Interim in quasi Contractibus boni &
æqvi fontem æqvè effusâ copiâ exuberare vel ipsa Conventionis
qualitas nobis persuadet. Ex quibus omnibus demum conclu-
dendū eximiè fallere Donellum, dum præsens negotium inter ve-
ros Contractus reales numerat. Rei siqv. interventus in omnibus
qvoq; quasi Contractibus necessarius est (h). Autoritas præte-
rea Compositorum Juris incongruè satis allegatur, cum iis alia
planè collocandi ratio ansam dederit. In Effectu n. quoniam
catenus convenire nostrum negotium cum Mutuò perspectum
habuerunt, quatenus ex eòdem Obligatio non nisi præcedaneâ
numeratione oritur: realibus hinc immiscuerunt Contractibus (i).
Ut non urgeam generis argumentandi in Jure debilitatem, quod
interim stringit Ungerpanerus (k). Nihil itaq; prohibet Obliga-
tionem nostram potius iis, quæ ex quasi Contractu oriuntur, anne-
ctere,

tere, præsertim cum verorum realium Contractuum enumerationem omnibus numeris absolutam in l. 1. d. O. & A. reperire liceat: quasi v. Contractuum campum pluribus adhuc patere ipsa Justiniane argumentatio (l) satis arguat.

§. 16. Eundem quoque calculum altera à nobis mereatur sententia. Ejusdem n. seduli defensores quò vehementius Charybdis gyrum evitare laborant, eò citius in Scyllæ abyssum demerguntur. Innominatum sc. Contractum dum supponunt nostræ Obligationi tanquam *Causam efficientem*: non poterunt non in eadem veræ Conventioni relinquere locum (m). Donellianis itaque vestigiis quoniam inhaerent hòc in passu, æquè adulterinum eorum esse fundamentum in ipsò statim limine ex hætenus disputatis liquidum redditur. Cæterum quòd ad ipsum Contractum innominatum confugiunt, brevitati quidem student; prolixam tamen obscuritatem, & ab omnandam Juris cultoribus falsitatem obtrudunt. Præterquam n. quòd directæ Conventioni, quæ Contractum istum innominatum producit, adeò contraria sit nostra, ut quemadmodum in diversa tendit: ita etiam non modo extra sed planè præter eandem ex diversis voluntatis principiis figuranda veniat: immotum certe illud Jctis stat principium, quòd ex ipsò Contractu non ad distractum, sed implementum ejus agendum sit (n). Et hæc est illa sententia, quam jam olim sub incunabulis nostræ Jurisprudentiæ ex professò refutasse videtur Paulus in l. 5. §. 1. d. P. V. denegandò Civili isti Obligationi, ex Contractu innominatò ortæ, vim prognerandi Actionem ad reddendum: cum satis jam efficaciam Civilis habeat si ex eadem Actione præscriptis verbis ad interesse agi possit (o). Patrocinium Ulpiani in cit. l. 3. §. 4. ff. h. r. præter verborum speciem nihil in se veritatis continet. Nam per Conditionem, quæ ibidem ex Contractu innominatò nata dicitur, non nostram, sed ipsam præscriptis verbis Actionem, generali sc. vocabuli acceptione indigitari, vel ex ipsius Objecti subjectiq; collatione colligere est: siquidem non ad datum ob causam reperendum, sed ad promissum petendum illi, qui nihil dederat, imò nec præstiterat quicquam casu impeditus, competere eadem prædicatur (p). Quinimò tantum abest ut Conditiò illa in textu de nostrâ exaudiri queat, ut potius Jctus ex illius positione ad hujus remotionem, Stichò

(l) in pr. Inst.
d. O. quæ ex
qs. Contr. or.

(m). Bach, ad
Tr. V. 1. D. 22.
th. 1. lit. a.

(n) l. 6. C. d.
act. emt. l. 14.
c. d. resc. vend.
conf. Wes. ad
h. r. n. 2. inf.
& ad tit. d. P.
V. n. 3. ibiq;
Hahn. n. 1.

(o) Conf.
Bach. ad Tr. V.
1. D. 22. th. 1.
lit. f.

(p) Conf. Be-
chim. in Comm.
ad Pand. The-
or. Pr. p. 2. Ex-
1. n. 76. seqq.

chō ob casum non manumissō, fortius argumentandō ibidem
 procedat (q).
 §. 17. Ad alterum textum, Filiucio citatum, quod attinet,
 Rhodum ibi, ubi saltandum, fermē existimem, præsertim cum tot
 gravissimos Authores tam miserē sese circa eundem torsisse hinc
 inde animadveram. Et quanquam Hahnus (r) respondeat, tex-
 tum illum concedere qu: Conditionem re non secutā: eandem
 vero ex Contractu Permutationis esse haudquaquam affirmare;
 eō ipsō tamen rem omnem extricasse nondum videtur: cum ar-
 gumenti vis potissimum in remotione Actionis præscriptis verbis
 posita sit, Quoad hoc itaq; punctum multi cum Hotomannō
 (s) particulam negativam in Lege expungunt: nonnulli cum Ac-
 cursiō (t) Ellypticam locutionem statuunt, & verbis textūs: Non
 in hoc agemus vocabulum *Tantum* adhuc superaddunt (u). Verūm
 cum ad Legum correctionem temerē profiliendum non sit: neq;
 etiam correctā ita sententia omni vitiō careat: ex ipsō textu re-
 spondere satius duximus. Nullam scil. aliam nisi Conditionem
 hanc Actionem re non secutā competere ei, qui dederat, cum
 Paulō ibidem asserimus: positis tamen ita terminis, uti ab eō-
 dem in textu positi erant. Nam si attentius Jcti verba recogi-
 remus, ex collatione §. *fin. cum præc.* evidenter apparet, ejusdem in
 eō operam occupari, ut ostendat, quid juris circa illum statuen-
 dum, qui rem alienam permutandi causā tradiderat? Et hunc qu:
 cum Permutationem contrahere ex Pedii sententiā neget, [w] ei-
 dem quoq; inde propullulantem Actionem denegandam esse ex
 Juris principiis statuit (x). Conditionem interim illi ex bonō &
 æquō concedit, aliquō modō tamen impropriatam: quippe quæ
 nec Objectum genuinum, neque Subjectum correlativum pro-
 prium hōc in casu offendit (y). Nec contrariantur huic explica-
 tioni d. l. 1. §. 1. l. 1. in fin. C. eod. cum ibidem ab alterā parte impleta
 Conventio efficacem Obligationem pariat. Ut hinc causæ non
 satis habeat Bachovius, cur hāc expositione non contentus in ca-
 strā Accursii secedat [z].
 §. 18. Cæterum facilis inventu erat hujus erroris prima sca-
 turigo, modō reflectamus mentem ad arctiorem necessitudinem,
 quæ Obligationi nostræ cum Obligatione Contractūs innomina-
 ti in-

(v) Conf. d. §.
 4. cum pr. §. 3.

(r) ad Wes. d.
 P. V. no. 1.

(s) §. 3. Obs. 2.
 (t) ad d. l. 1. d.
 rer. perm. §.
 fin. lit. c.

(u) Cōf. Bach.
 ad Tr. Vol. 1. D.
 30. th. 3. lit. d.

(w) arg. l. fin.
 in f. ff. h. t.

(x) Conf. Wes.
 d. rer. perm.
 n. 9. & subri-
 liter Fr. cod.
 tit. n. 6. circ. f.

(y) Conf. fuse
 Wuf. D. 38. ad
 ff. th. 1. §. 6. &
 8.

(z) Cōf. Bach.
 V. 1. D. 30. th.
 3. lit. d.



ti intercedit. Quod enim traditionis factum initium huic dede-
 rat, illi quoque dedisse asseverant Juri. Et verò res omnis ita sese
 habet: Jus Civile ex Conventione Contractuum innominato-
 rum validam Obligationem non nisi per rei interventum consti-
 tuit: ita quod ut per ejusdem acceptionem vel ad implendam cau-
 sam, vel ad reddendum datum reneatur debitor. Nec enim præ-
 cisam necessitatem implendi Contractus isti obtinent, cum non
 per Conventionem; sed rei contrectationem obligatus erat ac-
 cipiens: quâ restituta omnis simul Contractus æquitas & Obli-
 gationis substantia resolvitur (a). Ex quibus illud promanare
 videtur, quod non solum ex capite moræ à parte debitoris; sed et-
 iam ex capite pœnitentiæ à parte creditoris ob causam datum repe-
 rere liceat (b): cum ille quidem accipiendò ad hoc se obligasse si-
 mul præsumatur (c); hic verò tradendò nulli se obligatum red-
 dere voluisse certò credatur (d). Ex quâ solidissimâ ratione et-
 iam ad contrarium effectum argumentari nobis licitum erit, quod
 sc. obligatò quoque Creditore vel ex ipsius causæ naturâ (e), vel ex
 stipulatione (f) aut juramentò Contracontractui subjectò: locus pœ-
 nitentiæ nullus relinqvatur. (g) Aliàs eò se diffundit posterioris
 hujus capitis virtus, ut deficiente prioris virtute, hæc neutiquam
 deficiat; sed etiam re amplius non integrâ; modò impensarum
 quantitas, in factum sc. ab accipiente jamjam erogatarum, ipsum
 datum non excedat, earumque ratione iste indemnis servetur,
 Conditioni locum faciat (h): imò & faciat, etiam si causa jam se-
 cuta fuerit: modò de pœnitentiâ Creditoris antea certior factus
 sit debitor (i). Nec obicem huic rei ponere potest Obligatio na-
 turalis (k), quam ex nudâ Conventione etiam ante dationem or-
 tam per verba Ulpiani in l. 7. §. 2. d. pact. colligunt Adversarii (l).
 Licet enim vel maximè eandem à parte dantis per ipsam imple-
 tionem sublatam haud esse concedamus: quam certè sublatam
 esse prædicat Frantzkius (m): prorsus tamen à Jure Civili destitui
 & infirmari [quod sæpiùs illi accidere solet (n)] ex jam dictis fir-
 miter concludimus (o).

(a) Conf. ele-
ganter Wes. h.
t. no. 2.

(b) l. 3. §. 2. ff.
h. t. l. 5. C. eod.

(c) Hahn ad
Wes. h. no. 2.

(d) Wiss. Disp.
38. th. 1. n. 10.

(e) l. 8. ff. h. t.
Vid. Laut. h. t.

in tab. no. 4.
adject.

(f) l. 3. C. d.
rei. perm.

(g) Cof. Hahn
ad Wes. h. n. 2.

inf. Bach. ad
Tr. V. 1. D. 22.

th. 2. lit. b.
(h) l. 5. pr. ff. h.

t. Conf. Fr. h.
t. no. 18. seq.

Str. Ex. 18. §. 15.
(i) l. 5. §. 1. ff. h.

§. 10. (j) l. 5. §. 1. ff. h.
Conf. & Hill in Don.

t. (k) l. 10. ff. d. O. & A. (l) Molin. tr. 2. D. 258. n. 9. [m] ad h. t. n. 17. Conf. & Hill in Don.
 Enucl. l. 14. c. 22. lit. b. ibiq. cit. A. Fab. (n) arg. l. 16. in f. ff. ad SCT. Vellej. l. 9. C. eod. (o)
 Conf. Wiss. D. 38. ad. ff. th. 1. no. 10. Hahn. ad Wes. tit. d. P. V. no. 1.

§. 19. Pronò abhinc alveò fluit, fixam in Contractibus nominatis sedem minimè habere nostram CondiCTIONem. *Conf. Hillig. in Donell. Enucl. l. 14. c. 22. Lit. B. ibiq; cit. Ant. Fab.* Horum enim Conventio, uti certà formâ à Jure Civili induta est: ita etiam statim efficax ad producendam Civilem Obligationem habetur (p) Nec expectanda illi Obligationi ad sui perfectionem præstatio ab alterâ parte: cum illa naturâ præcedere debeat implemen- tum, secus quàm in Contractibus innominatis (q). Ad datum igitur relinquendum ille non poterat non esse obstrictus, qui ad dandum jam antea obstrictus fuerat (r): ut hinc neque ex capite cessationis (s) neque ex capite pœnitentiæ (t) à Contractu istò resilire cuiquam integrum sit: præsertim cum (quæ ratio Impp. in cit. l. 5. C. est) voluntaria Obligatio partes nunc invicem ad mutuam præstationem necessario connectat. Nec solum in Contractibus nominatis, sed innominatis quoque quibusdam deficit hæc Actio. Ad Contractus enim *Facio ut des & Facio ut facias* porrigere eandem velle periculosum erat, cum nec in l. 5. d. P. V. ad eosdem porrigatur. Neque verò ullam hinc tacitam Conventionem per ipsam Objecti qualitatem fingere licebat. Facta siquidem uti infecta per rerum naturam fieri nequeunt: ita etiam eorundem repetitio ne animò quidem conceptibilis esse poterit (u).

(p) *Conf. Vinn. Sel. Qv. l. 1. c. 46.*

§. 20. Genuinò nunc Obligationi nostræ substratò fundamentò, in quibus hoc illam immoram præstet, considerationis sequentis erit? Tria potissimum esse, de quibus præstandis in omnibus firmè Contractibus tractatur, in apicò est (x): *Dolum scilicet Culpam, & Casum fortuitum.* A dolo maximè abhorret præsens Contractus: abhorrent omnes (y). Nec poterat illi cum tantâ æquitate, quâ innititur nostra CondiCTIONe (z) ullum intercedere commercium. Culpa accipientis si remoretur causam, CondiCTIONem, salvâ ipsius naturâ, remorari haud valet (a) Ex capite enim moræ potissimus ejusdem effectus est (b) Nec potuit etiam impedire, si Casus fortuitus eandem sequatur (c): uti hinc inde

(x) *Cof Bach. ad §. 2. Inst. d. Obl. q. re cõtr. n. 2.*

(y) *l. 27. §. 3. ff. d. pact.*

(z) *l. 3. §. 7. l. 5. § 3. in f. ff. h. t.*

(a) *l. 10. C. h. t. l. 8. in f. eod.*

(b) *Conf. l. 3. §. 2. ff. h. t. c. Mora X. d. R. J. in VI. (c) l. 5. ff. d. reb. cred.*

inde (d) in ceteris quoque Contractibus (e) universaliter con- (d) l. 3. §. 3. l. 5.
cludunt Jcti (f): siquidem de se queri habet, qui legi dictæ, cum §. 2. & 4. ff. h. t.
potuerit, non paruit (g) Dantis, verò, æquè quidem causæ implici- [e] l. 1. §. 4. ff.
ti, si culpa intercesserit, cessare Condiotionem habet textus in l. 15. d. O. & A. l. 22.
in f. C. d. donat. ant. nupt. qui nostræ Distinctionis capitalis est. ff. d. neg. gest.
§. 21. Circa Casum fortuitum tam controversa res est in (f) Conf. Ant.
præsenti materiâ, quàm fermè nulla alia in totò Jure (h). Certè Fab. in Cod.
quò plurium tibi Authorum fuerit copia, eò incertior de eò statu- l. 4. tit. 41.
endi reddetur sententia, singulis in diversa abeuntibus. Ut hinc D. 22. n. 19.
gravissimi quoque Jcti de certâ regulâ hâc in parte formandâ pla- (g) Don. lib. 14.
nè desperent (i). Desperandi ansam singularium factorum cir- c. 31. Conf. l. 8.
cumstantiarumque varietas iisdem præbet: quas singulas decide- C. h. t.
re non *Legis* sed *Prudentiæ* esse disputat Hahnus (k). Nos cum rem (h) Conf. Dn.
omnem ad æquitatem sese referre videamus: retulisse quoque ve- Str. Ex. 18. §. 9.
teres Jctos certum habeamus [l] ex eòdem fonte totum deri- (i) Conf. Wiss.
vandum esse negotium fixò statuimus animò. In *generalioribus* D. 25. th. 1. n. 3.
hinc subsistere satius erit, quàm ad *specialiora* deveniendò variis va- in f. Hahn. ad
riorum casuum Distinctionibus rem intricare. In diversa rapit Wes. h. num. 2.
mentem diversa Contractuum innominatorum, in quibus quidem circa fin. ibiq.
locum habet nostra, quoad obligationis Objectum natura. Alia cit. Bachov.
enim cum aliâs in Jure sit ratio dandi quàm faciendi (m), nec hòc Carpz. p. 2. ju-
in passu una eademque erit. Obligatione igitur Contractûs in- rispr. for. const.
nominati ad rem dandam directâ, Casus fortuitus Condiotioni im- 35. D. 24.
pedimento esse haud poterat. Nec enim tùm causa, quæ sequi (k) cit. loc.
debebat, secuta est (n). Et res quidem si generis sit, quod in cambiò (l) l. 3. §. 7. l. 5.
potissimum accidit, (o) nec periisse casu dicenda [p]; si verò §. 3. inf. ff. h. t.
speciei, domino periisse censenda (q). Egregium scilicet hoc æqui- (m) arg. §. fin.
tatis officium, utpote quæ hunc cum dantis incommodò locuple Inst. d. V. Obl.
tem fieri non patitur (r). Periisset enim illi, etiamsi nihil acce- Conf. Bachov.
pisset. (s) Factum si est in Obligatione, uti in se varium illud est, V. 2. D. 27. th.
ita etiam hâc in parte varium circa idem jus. Distinctionibus 1. Lit. L.
hinc si rem involvere velis, toties novis opus erit. quoties nova fa- (n) l. ult. ff. h. t.
cti species proponetur. (t) In laudatò tamen æquitatis principiò ibi: Ob rem

C 2

omnem dari re non se-

cutâ. Conf. Struv. cit. loc. (o) Conf. Hahn. t. d. P. V. n. 1. p. m. 530. b. (p) l. 30. §. 5. ff. ad L. Falcid.
(q) l. 9. C. d. pign. act. (r) l. 206. d. R. J. Conf. Procem. (s) l. 5. §. f. h. t. Str. cit. loc. (t) Conf. Hahn.
ad Wes. h. t. n. 2. circa f.

omnem varietatem amicè conspirare certum sedet. Prudentis itaque Jcti erit, factò ob casum non præstito hanc normam sedulo aptare, & inquirere, utrum accipiens cum dantis damnò verferetur in lucrò; an verò hic cum illius? Priori casu uti concedenda (u); ita posteriori deneganda (w) erit nostra Condictio: in tantum, ut etiam, nondum quidem datum, promissum tamen ultro exigere liceat (x), cum factum tunc pro præstitò habeatur (y). Quamquam non displiceat aliorum Distinctio in Casum fortuitum absolute talem; & saltem in personam accipientis: ut ille quidem impediatur Conductionem (z) hic minimè (a); eandem tamen, præsertim quoad prius membrum, omnibus applicari casibus haud posse ipse statuit Lauterbachius. (b)

Et si qu. & ibi: §. 22. Cæterum gravis Adversativa huic sententiæ constituta est tam ab ipsò Donellò (c) quam ab ejusdem Eucleatore Hilligerò (d). Quò enim ille liberalior in concedendâ Conductione dati casu contingente; eò tenacior hic; uterq; à verò alienus. Et quidem quod ad Contractum *do ut des* attinet, consentientem habemus Donellum; expressè verò contradicentem Hilligerum, & cum eò plurimos eosq; gravissimos Jctos (e). Sententiæ suæ fundamentum substernit ille tum *leg. 5. §. 1. d. P. V.* ut & *leg. pen. C. h. t.* tum rationem: quòd generaliter verum sit, debitorem interitum speciei liberari (f). Fundamentum certè sat firmum primò interitui, nec adeò facile destructu. Lex enim dicta 5. illa est, inter quam, & *leg. ult. ff. h. t.* horribilem & ferè indissolubilem esse antinomiam perhibet Frantzkius (g). In quâ pugna componendâ ita pugnant Autores, ut nonnulli ad absurditatem planè deveniant. Alii quippe per Conventionem ipsam (h), alii per Conventionis qualitatem [i], nonnulli merè eaq; absurdâ divinatione per Contractus diversitatem, scyphis datis modò pretii modò rei permutandæ munere injunctò (k), rem dirimere satagunt. Hilligero (l) certè nulla religio est dictam *leg. ult.* planè pervertendi, post verba: *tibi dedi ut mihi Stichum dares*: signum interrogationis demum collocandò; cum id liberum cuilibet esse perhibeat, quòd in Pandect. Florentinorum archetypò nullam punctorum

nota-

Obl. (g) *tit. d. P. V. n. 14.* (h) *Conf. Fr. d. P. V. n. 14. seqq.* (i) *Bach. ad Tr. Vol. 1. D. 22. th. 2. Lit. D.* (k) *Heidecc. ad d. l. 5. Axiom. 20.* (l) *Loc. cit. Lit. D. in fin.*

notationem reperire liceat. Injurius certè in Jurisprudentiam nostram, qui fidem ei ita omnem detrahit. Et ubi, quæso, Quæstionis istius responsio? cum verba subsequenti alium sibi fingant casum. Quinimo nec prior casu traditum, nec posteriori mortuum Stichum ex ipsò textu affirmare penè ausim: cum illò quæ res nondum secuta pronuncietur; hòc verò de Cautione ratione Evictionis interponendâ adhuc (m) tractetur: quæ non nisi præposterè de mortuò interponi potest.

§. 23. Nos quoad omnes partes salvam esse dict. leg. fin. credimus, salvandum autem alterum textum in l. 5. §. 1. ff. d. P. V. Sed & ipse salvus jam est. Periculò enim dantis omninò est Stichus, cum casu contingente neq; ad dandum eum neq; ad interesse Actione præscriptis verbis experire possit (n): quod utrumq; vel duplò pluri esse poterat, quàm scyphi præstiti (o). Et hanc conciliandi rationem menti Jcti optimè convenire contra Bachovium (p) asserimus. Leges enim cum reflexione ad suos titulos considerandæ veniunt (q): Paulo præterea tantummodo negotium esse cum Obligatione ad interesse (r), ejusq; causâ proximâ, Articulò *do ut des* (s), verba textûs satis agumentum sunt. Nec poterat à Contractibus nominatis ad innominatos hòc in passu firmiter concludere Bachovius, cum diversam utrorumq; rationem esse jam supra obtinuerimus. Contrarii itaq; nihil erit, quoniam de diversis Obligationibus diversi textûs concepti sunt, quarum una ad alteram nihil quicquam pertinet (t). Ex quò principiò debilitatur quoq; objecta nobis ratio. Rei enim interitu liberabitur debitor ab Obligatione istius rei præstandæ (u), non verò dati reddendi (vv), utpote circa quod nihil contigit: (x) siquidem cum duarum rerum Actiones diversæ sint, unius rei liberatione non statim Obligatio aut Actio alterius rei consumitur (y). Ad *Legu pen. C. h. t.* generalitatem quod attinet, nec interpretationi, nec correctioni Donellianæ subscribentes, eandem ad suos terminos restringimus. Exorbitare enim illam nec *Legum in ff. decisio*, nec habitudo Rescriptorum in Cod. permittit,

C 3

(x) *Sconf. Scotan. in Exam. Jurid. tit. d. P. V. Qv. 3. Conf. § l. 6. C. d. pign. act. (y) arg. l. 7. §. 1. d. Condict. furtiv. Conf. Struv. c. l. th. 12. inf.*

(m) *Conf. verba in text.*

Promittere non vis.

(n) *Conf. Gloss.*

in d. l. 5. §. 1.

Duar. ad l. 23.

d. V. O. § h. t. c.

4. circ. f. Wiss.

D. 38. th. 1. n. 5.

(o) *Hill. in Don.*

Enucl. l. 14.

(p) *ad Tr. V. i.*

d. 22. th. 2. l. d.

(q) *Charond.*

ad l. 23. d. V. O.

(r) *ibi: Non*

utreddas, sed

ut

(s) *ibi: Expli-*

citius est.

(t) *Don. lib.*

14. c. 21.

(u) *d. l. 5. §. 1.*

ff. d. P. V.

quæ (v) *l. ult. ff. h. t.*

quæ cum plerumq; ad singulares casus directa sint, ad omnes, si
 ratio prohibet, extendi nequeunt (2). Certa igitur erit Regula
 ista; sed in casibus à Canonianâ tunc proposito haud dissimilibus.
 §. 24. Distinctio nostra circa Contractum *do ut facias* ad pa-
 latum Donello non est, qui simpliciter & hinc Conditionem con-
 cedit. Cæterum multa in censum Casuum fortuitorum eò ipsò
 conjicit ille, quæ ab eorum substantiâ prorsus aliena sunt (a). Præ-
 terea quos Casus ille ad Exceptionem suæ Regulæ refert, commo-
 dius nos, spectatâ in iisdem æquitatis ratione, Regulæ ipsi innecti-
 mus, præsertim cum plures adhuc ejusdem qualitatis dari possint.
 Absoluta esset res, nisi moram adhuc injiceret *l. 3. §. 3. h. t.* ubi indi-
 stinctè *Conditio* denegari videtur, factò ob casum non præstitò.
 Ad quem textum paucis communè. *Dd.* responsionem reponimus:
 Proculi scilicet sententiam referri quidem ibi ab Ulpianò; quoad
 omnia tamen haud probari; sed ab eòdem variè limitari in leg.
 subsequ. §. ex quâ omnis res quoad hunc casum decidenda erit *l. 1.*
 §. 25. Constitutâ hòc modò ex suis principiis *Conditio*
 in quibus resideat ista subjectis, disquisitionis nunc erit. Et *Subje-*
ctum relatam quidem ad oculos jam per hætenus disputata patere
 poterat: esse scilicet illum, qui ob causam dederat, quæ tamen
 postmodum secuta non est. (b) Obligatum enim ad hoc sibi reddi-
 disse accipientem per ipsum traditionis factum, in superioribus
 dicere antevertimus. Nectantùm is, qui suò nomine dedit, ha-
 bebatur repetitionem; sed & qui alienò. (c) Si quidem is absolu-
 tum solvendi animum haud habet; sed potiùs in causam dire-
 ctam: (d) nisi hæc forsitan simplici donationi ex accidenti super-
 venerit, ut ita unâ cum re & hoc jus circa rem in donatariũ trans-
 fusum sit. (e) Ex dictis fluit, quòd, si debitor pro Creditore hòc
 in casu solverit, nec Creditori, causâ non secutâ, nisi per Cessio-
 nem Actio hæc competat (f). Cum enim irrevocabiler per
 adjectam causam vix videatur iste solvisse (g); integram hinc
 debiti causam huic manere in textu perhibetur. Transit quoq;ve
 in hæredes Creditoris nostra Actio (h.), cum transeant & cæteræ
 in personam (i); sed illa quidem mutilata. Ex propriâ enim
 pœni-

(2) *Conf. Str. cit. loc. th. 11.*
 (a) *arg. l. 2. §. 7. d. adm. rer. ad civ. spect. Conf. Don. cit. loc. §. 3. & 4.*
 (a) *Conf. Don. cit. loc. Wisf. D. 38. th. 1. n. 5. Str. c. l. th. 13.*
 (b) *conf. l. 3. §. 2. ff. h. t. Laut. ad h. t. n. 4.*
 (c) *l. 6. pr. & §. 1. l. 9. pr. in fin. ff. h. t.*
 (d) *Conf. Don. lib. 14. c. 24. in fi.*
 (e) *l. 9. pr. h. t.*
 (f) *l. 7. pr. ff. h. t.*
 (g) *Conf. Ac- curs. ad d. l. 7. lit. I.*
 (h) *l. 2. l. 6. C. b. t. (i) l. 37. d. acqv. l. omitt. hæ. Conf. C. A. h. t. n. 7.*

pœnitentiâ istis haud conceditur, quippe quibus in supremâ defuncti voluntate acquiescendum (k). Neq; jus pœnitendi erit Effectus successione in locum defuncti: (l) cum merè sit personale (m), reflectens sese ad voluntatem defuncti: quæ unâ cum eisdem vitâ finita intelligitur (n).

§. 26. *Correlativum Subjectum* ipse erit accipiens ob causam (o): de cuius Obligatione crambem bis coctam apponere tædium est. Nec aliud statuendum erat, cum id communis personalium Actionum natura respuat (p): nisi quis rati habendô per alium seipsum obligatum reddere voluisse supponatur (q). Scrupulum nobis injiceret textus in l. 9. §. 1. h. t. nisi mulieri ipsi ibidem per fictionem brevis manus solutio facta censeretur: quippe quæ non nuptias futuras, sed liberationem à debitô putativô: *ibi. aut ut liberetur*: à solâ Creditrice sperandam, primariô intendit. (r) Contra debitoris quoq; hæredes dari nostram in confessô est (s): cum & in passiva jura succedant illi, qui in omniâ (t): & per hæreditatis aditionem cum omnibus defuncti Creditoribus contraxisse videantur (u), ipsum defunctum nunc repræsentante (vv). In particularibus itaq; successoribus cum secus se res habeat, jus eorundem circa rem per hanc Conditionem inquietandum neutiquam erit. (x)

§. 27. Verùm cum Actio hæc Condictitia uti omnes personales, *Subjectivè* saltem afficiat personas: nequaquam verò *Objectivè* (y): quodnam eadem sibi supponat *Objectum* quærendum nunc erat? Sed vel ipsum Actionis nomen satis declarat, ipsum quod datum (z) acceptumq; (a) est, repeti: nullô habitô discrimine, corporale fuerit illud an incorporale (b)? utrumq; sc. accipientis Obligationi fundamentum præbet (c). Æquè enim repetitur, Cautio (d), atq; ipsa res translata (e). Ut hinc accepto latô debitori

(k) l. 32. §. 2. & 4. ff. d. don. int. vir. & ux. Conf. Struv. Ex. 18. th. 16. (l) Conf. l. 37. d. acq. l. om. hæ. (m) Vid. l. 8. §. 3. ff. d. liber. leg. (n) arg. l. 4. ff. Locat. Fr. h. t. in fin. Hahn. ad Wes. h. t. n. 2. inf. (o) l. 9. pr. in ff. h. t. (p) l. 25. pr. ff. d. O. & A. l. 49. d. Cond. indeb. l. 13. l. 15. C. si cert. pet. (q) l. 14. ff. h. t. junct. l. 5. §. 3. d. adm. & per. tut. Conf. Struv. citloc. th. 17. (r) Conf. C. A. h. t. num. 8. (s) l. 8. C. h. t. (t) d. l. 37. d. acq. l. om. hæ. (u) l. 3. §. fin. l. seq. ff. quib. ex caus. in poss. cat. (v) Bachov. ad §. 4. Inst. d. O. quæ ex qf. Contr. or. (x) l. 4. C. d. rer. perm. Conf. Lauterb. h. t. n. 5. (y) Conf. Vinn. ad pr. Inst. d. Obl. num. 2. (z) l. 5. pr. ibi: repetatur id quod datum. ff. h. t. (a) d. l. 5. §. 3. ibi: Condicti possit, quod accepit. (b) l. 1. 2. 3. 6. ff. h. t. l. 4. c. eod. (c) Conf. C. A. h. t. num. 8. Struv. Ex. 18. th. 18. (d) d. l. 4. C. h. t. (e) l. 9. §. 1. ff. h. t.

debitori ob causam, si quidem pura fuerit ista Obligatio, liberum
 Creditori causâ non secuta relinquatur, velinè Obligationem
 Condiçione incerti, an omisiss ambagibus ipsam pecuniam per
 certi Condiçionem repetere (f). Utrumq; enim rectè, cum
 (f) l. 4. ff. h. t. textus in l. 10. ff. h. t. exclusivè intelligendus non sit (g). Princi-
 arg. l. 9. §. 7. palis interim hæc Condiçionis præsentis erat materia, cujus na-
 ibi. nisi vel sol- turam simul omnis accessoria induit (h). Omnes omninò hinc
 vatur. ff. quod turam simul omnis accessoria induit (h). Omnes omninò hinc
 met. caus. rei datæ fructûs & accessiones simul repetitioni isti obnoxia e-
 (g) Conf. runr (i), non demum post litem contestatam, uti in cæteris stricti
 Bach. ad Tr. Juris judiciis; sed etiam ante eam quòvis tempore perceptæ (k).
 V. 1. D. 22. th. 1. Petimus enim quod nostrum jam fuit (l). Quicquid igitur nostri
 lit. f. inf. apud alterum offendit æquitas, Condiçionis involucri impli-
 (h) arg. l. 19. cat (m), cum nullâ parte locupletiolem huic fieri permittat. Cæ-
 §. 15. d. aur. & terùm ipsâ re datâ non amplius residente apud accipientem; vel
 arg. leg. 24. d. quòd fungibilis eadem fuerit (n), vel quòd alienata (o), aut culpâ
 stat. hom. debitoris amissa (p), vel quòd in causam erogata (q): pro condi-
 (i) l. 7. §. 1. l. 12. riõne cuiusq; rei, aut ejusdem qualitatis res, aut rei aestimatio, aut
 ff. h. t. deniq; id quod per rem comparatum est, condicetur. (r)
 (k) l. 38. pr. & §. 28. In fasciam hîc colligendum, quicquid de Differentiâ
 §. 1. seqq. ff. d. specificâ nostræ Condiçionis per totam Disputationem sparsum
 usur. & fruct. reperitur. Causa scilicet, cujus gratiâ datur, est, quæ illam totam
 ibiq; Brunn. informat & vivificat. Futuram hanc (t), honestam (u), & possibi-
 (l) arg. d. l. 38. lem (w) nisi supposueris, Actionem præsentem investigare vix tibi da-
 §. 7. bitur. (x) Ob causam enim præteritam solutum, causâ non secutâ,
 (m) l. 66. d. vel planè non repetitur (y): rationem in animò donandi ipsò po-
 Cond. indeb. nente Jcto. (z): vel si repetitur, positus ritè terminis, indebiti
 (n) arg. l. 2. §. Condiçione repetendum erit (a). Quinimò nec præsentem ad-
 1. d. reb. cred. mittit nostra causam, nisi simul dependentiam de futurò eadem
 (o) l. 4. C. d. involvat, ut adhuc pœnitendò præverti possit (b). Turpis si fuerit
 rer. perm. adjecta Causa, datum Condiçioni ob turpem causam expositum
 (p) l. 15. ff. h. t. erit (c): nisi ipsa turpitudinis qualitas potiolem possidentis cau-
 (q) l. 5. §. 2. ff. sam constituat [d] omnemq; repetitionem excludat (e). Ex quò
 h. t. ad im-
 (r) Conf. Don. [s] Conf. Don. l. 14. c. 18. C. A. h. t. n. 9. [t] l. 1. ff. d. Cond. ob turp. caus. (u) l. 1.
 ff. h. t. (w) l. 8. C. b. t. (x) Conf. Per. adh. t. C. n. 7. (y) l. 53. d. R. 7. l. 65. §. 2. ff. d. Condiç. ind.
 (z) Conf. Per. cit. lot. (a) Conf. Fr. tit. d. Condiç. indeb. n. seqq. (b) l. 1. §. 1. ff. h. t. Conf.
 Bach. ad Tr. V. 1. D. 22. th. 1. lit. e. (c) l. 1. §. 2. ff. d. Cond. ob turp. caus. (d) l. 8. ff. d. t. (e) per l.
 3. ff. eod. Conf. Hahn ad Wesf. h. n. 2.

ad impossibilitatem quoque recte arguimus (f). Hujus enim cum (f) *perl. 15. in*
 Obligatio nulla sit (g): quod superstruatur nostra, non invenit (h). *f. d. cond. inst.*
 Nec adjecisse ei donationi causam intelligitur, qui sciens impossi- (g) *l. 58. d. R.*
 bilem, sive natura sive Lege talem, adjecit (i). Secus si ignorans *f.*
 (k). Ut hinc recte Imp. Antoninus in *l. 1. C. h. t.* CondiCTIONem pe- (h) *Don. in l. 8.*
 cuniæ ob dotem datam adjudicet mulieri, quæ, ignorans matrimoni- *C. h. t.*
 um jure sequi non posse, & dotem dedit, & pactum illud interpo- (i) *Conf. Hahn*
 suit, quod non, nisi matrimonio jure validò, interpo- *ad Wes. h. n. 2.*
 ni assolet. (l) Simplicem interim Legis prohibitionem requiri- (k) *l. 3. §. 5. ff.*
 mus ad id, ut causa impossibilitatem induat: ne injurii fiamus in *l. h. t.*
 5. *C. h. t.* Quamvis itaque militi interdictum sit legibus procurato- (l) *Conf. Wiss.*
 rem agere (m); nihilominus ab eodem repeti poterat datum *Disp. 25. h. 4.*
 ob hanc causam, militiæ Præscriptione eidem ante litem conte- (m) *d. l. 5. C. h.*
 statam objectâ; cum hac non oppositâ pro aliò Actionem inten- (n) *l. 13. C. d.*
 tare haud prohibeatur. (n) Qualificata ita Causa danti exprimen- *Procurat. Cof.*
 da venit, cum mente retenta nihil quicquam operetur (o); nego- *Wiss. cit. loc.*
 tiò scilicet in donationem incidente (p); operatur tamen si ipsa (o) *arg. l. 25.*
 res data eandem insimulet (q). Ex quibus omnibus facillimum *C. d. Transf.*
 erat formulam Actionis formare, quæ jam formata reperitur in *l. (p) l. 7. C. h. t.*
pen. ff. h. t. (r); alternativa tamen eadem vix esse poterit: nec est (q) *l. 6. ff. h. t.*
in l. 5. §. 3. ff. h. t. cum ibidem alternatio ad ipsam solutionem sese *junct. l. 3. ff. d.*
 referat. *Jur. dot. Hahn*

§. 29. Pleniùs ita formata CondiCTIONe causâ datâ, causâ non *h. t. no. 2.*
 secuta, finem intendit suum, ut scilicet is qui dedit, suum recipiat. (r) *Conf. C. A.*
 Quem si consequitur, Effectum cunctorum oculis exponit (s). Quæ *h. t. n. 10.*
 restabant Contraria & Affinia hujus Actionis, fusè de iisdem di- (s) *Conf. C. A.*
 cere super sedemus, cum, quod à singulis Interppr: (t) dictum non- *h. t. n. 11.*
 dum sit, nihil reperiamus, eaq; expositio instituto prolixior vi- (t) *ad h. t. ff.*
 deatur. (u) *Conf. in*

§. 30. Coronidislocò memorem discipulū esse oportebat to- *Not. privatis*
 ries inculcati à Præceptore colendò, Patronò devenerandò, Exc. Dn. D. Ner- *communicatis*
 gerò (u) axiomatis, ex ipsò Juris adytò eruti (w): in Theoriâ sc. Ju- *ad Proc. Jud.*
 ris cultori acquiescendum non esse; sed semper animum simul *Reyg. D. 1.*
 ad Praxin appellendum. Observatu dignissimum itaq; erit, ho- *Proem.*
 diernam adhuc Jurisprudenciam nostram profiteri CondiCTIONem (w) *Vid. § 6.*
 nem (x): nisi quod hæc repetitionis vocabulum vehementiùs amet, *Inst. d. Satind.*

D

quàm

(x) *Conf. Carpz. p. 2: Const. 35. D. 24.*

(y) Cōf. Græn. quàm Conditionis (y). Cæterùm capite pœnitentiæ illa destitu-
d. ll. abrog. ad ta est. Vis nimirum civiliter obligandi, quæ nudis quoq; pactis
h. t. hodiè attributa est (z), in causâ esse videbatur: cùm ex quolibet
(z) c. 1. X. d. Contractu innominatò efficax Actio oriatur, quæ re etiam integrâ
pact. pœnitentiam elidit. Aliud tamen actum si fuerit, pactis contra-
(*) Cōf. Græn. hentium omninò standum erit (*). Et hæc quidem pro præsentî
cit. loc. materiâ dixisse mihi sufficiant. Sufficiat etiam in tertiis vel se-
cundis substituisse, cui ad summa pervenire integram non
fuit. Summis id relinquendum ingeniis.

Nostrum est decantare

SOLI DEO GLORIAM.



GENE.

GENEROSO, NOBILISSIMO
DN. AUGUSTO HENRICO

à Döring/

EQVITI MISNICO,

Consalino, Amico & Fautori Singulari;

cum

ex Philosophiâ non simularâ JURIS RO-

MANI,

de

CONDICTIONE CAUSA DATA, CAUSA

NON SECUTA,

publicè disputaret;

Hocce,

NOBILITUM curas, TIBI curæ, CHARE, fu-

isle

LEGES, nunc monstras: non est prudentior

alter

Romani Juris Libro, si pondera spectes,

Cum tot ibi Tibi Romulidum Prudentia

proffet,

Si res non oculis fugitivis cernere cura est.

Hancce seqvare velim Cynosuram; crede

monenti,

PRINCIPIBUS prodesse potes, nec Gloria

deërit.

gratulabundus faciebat,

JOACHIMUS Nerger/

D. & Prof. Pandect. Publ.

GENE.

GENEROSE DÖRINGI,

Fautor Amicissime.

Biennium omninò & quod excurrit est, ex quo Scholis nostris Juridicis privatis interesse præoptasti. Per quod quidem tempus ita te gessisti, ut Jurisprudentiæ rudimenta ac fundamenta feliciter haurires. Neque enim in Institutionum limine substitisti, procestisti ulterius, Generose DÖRINGI, vasta non tantum Pandectarum volumina, sed & feudalis & publici Juris libros emensus. Ut nihil dicam de velitationum usu continuo, ubi virum ubivis te præstitisti, sive Respondentis, sive Opponentis subeundum fuerit munus, illic quidem contraria accuratè refutando: hic proferendo argumenta non vulgaria, sed quæ acuminis aliquid post se relinquerent. Quod ipsum arguit Disputatio quoque Tua, eruditè satis elaborata. Inest verbis pondus, res ipsas concisa & elegans scribendi ratio simul commendat: utrumquæ Disputationis actus, quem exiguum adhuc temporis spatium remoratur, nobilius reddet atque illustrius. Quod superest, gratulor Tibi ex animo, precatus à DEO, ut periculum hocce gradus sit, per quem ad summum enitaris culmen. Annuat DEUS votis, ut brevi in illo honoris fastigio consistas, de quo & Generosissimus Parens Tuus sibi, ego verò Tibi ulterius gratulari habeam necesse. DEUS Te servet!


Dabam ex meo museo die 16.

Octobr. 1670.

Tuus omni studio

PRÆSES.





~~1772~~ 6 gl.

8



AB: 153595

X2617270

R

Vb 17

ANNUENTE JEHOVA!
DISSERTATIONEM JURIDICAM

De
**CONDITIONE
CAUSA DATA**

CAUSA NON SECUTA,
MAGNIFICO JCTORUM ORDINIS
consensu

SUB PRÆSIDIO
VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI atq; CONSULTISSIMI
DN. GODOFREDI STRAUSSII,
Phil. & J. U. Doctoris: Curia Electoralis quæ hîc loci est,
Advocati Ordinarii meritissimi:

*Fautoris atq; Promotoris sui debitâ observan-
tiâ prosequendi*

Publicæ disquisitioni exponit


AUGUSTUS HENRICUS Döring |

Eqv. Misn.

A. & R.


Ad Diem XX. Octobr.

IN AUDITORIO JCTORUM.



WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS MEYERI, Ao 1670.



ihnes
auch
werd
m sic
er ho
ir ni
rude
ieses
W
eund
ng/n
Kuh
hön
en C
t ma
X
it so
em n
dent
ch

